

tiis congruit. Tilem. de Benign. Syntagm. I. vol. 3. decis. 5. num. 12. p. 51. Cothm. Vol. 3. Resp. 29. n. 247. Et R. 30. n. 67. 68. Carpz. d. qv. 123. n. 27. & seqq. p. 204. 205. Pract. Crimin. Oldekop. Tit. 4. Obs. 1. n. 10. p. 215. invertit regulam, scilicet: *Materiam indiciorum non esse committendam Judicis arbitrio.* Verum est lusio in Voce Arbitrii: nam cum materia indiciorum non possit certis legibus comprehendi, hinc judicis arbitrio committitur definire non pro nuda sua opinione, sed juxta rectæ rationis dictamen, argumenta legum, & aliorum sententias, quænam indicia sint legitima & ad torturam sufficientia, & pro talibus haberi possint?

II. *Nisi constet de corpore delicti, Inde est communis regula: Quod contra inquisitum ad questionem deviniri non possit, nisi constet de corpore delicti.* Gabriel. l. 7. Concl. 17. n. 1. & seqq. pag. 717. Nam ad extorquendam veritatem criminis procedere non licet, nisi prius constiterit: Crimen revera esse commissum. Limitatur tamen hoc: *Quatenus id fieri possibile sit:* idque ideo, quoniam sunt quædam delicta, quæ nullum post se relinquunt vestigium: quæ sunt *Delicta facti transeuntis:* in quibus licet corpus delicti deficiat, nihilominus tamen ad torturam ob sufficientia indicia proceditur, Mantz. ad h. art. n. 38. p. 35. De quibus in sequentibus occurrent plura.

ARTIC. VII.

Judices in dubiis & obscuris peritiores consulere debent.

Richter sollen in zweiffelhafften Sachen der Rechts-Gelehrten Bedencken erfordern.

S Die gemeldten Urtheiler in bestimter Erkantniß zweiffelich würden / ob diß fürbrachten Argwohn und Verdachts zu peinlicher Frage / gnugsam wäre / oder nicht: So sollen sie deßhalben Rath bey der Oberkeit / so der Ende ohne Mittel / die peinlichen Oberkeit der Straffe hat / oder sonst an Enden und Orten / wie zu Ende dieser unserer Ordnung angezeigt / suchen / und doch dieselbigen Oberkeit in solchem Rath suchen / aller Umstände und Gelegenheit ihres Erfahrens / des Verdachts eigentlich in Schrifften berichten.

AD ARTIC. VII.

ARGUMENTUM.

Si Judices & Assessores inter se dissideant, an conjectura & Indicia con-